qualem colaphizationem forte Paulus exper
tus fuerat. Ad aurem n. sinistram sita
dixit coepisse aegritudinem. Sibi enim visum
quasi tinnitus fluctus maris, magna tem
pestate resonantis, resonare ad aurem sini
stram, & totam sinistram capitis partem,
non tamen intra caput adhuc, sed extra,
ut dixerit ad Johannem, qui solus ei aderat,
haec non naturaliter accidere, sed esse adeo
intollerabilia, ut vitam quantocius ablatura
essent, si non statim cessarent. Ita enim illud
murmur, vel quasi flatum tempestatis, quod
quasi extra caput, ut dixi, senserat, occu
passe aurem sinistram & interius sinistram
capitis partem. Ego vero nunc hac occasio
ne accepta, primum prosequar historiam
huius pomeridianae aegritudinis. Tunc subito
animi syncopi, corporis vero frigore correptum
defecit. Non videbatur calor aut sanguis re
liquus, non sensus, non vox erat, sed tantum
sola mortis imago, perfusus aut aqua fri
gida a Johanne, quemadmodum deficiens postu
laverat, coepit ardentius, ardentius orare.